Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



duodecim apostoli; Nox nocti Noxuidas Nocti indicat scientiam id est quando dixit
quem osculatus fuero ipse est tene eum. Alter nox profunditas scripturarum
in ppheis nuntiare profunditatem uideris testamenta; Non sunt loquelae neque
sermones quorum non audiantur uerba eorum. Non sunt loquelae ac si dicat lingue
neque sermones quia lingue multos sermones sunt; Si uel diuersitates
uerborum intellegantur p sermones. Ac si dicat non fuerunt clari p locutiones
quas apostoli in uarietate linguarum non acceperunt et alibi non fuerunt clari qui sermones
apostolorum non audissent, cum dicit quod in omnem terram exiit sonus eorum et in fines orbis
terre uerba eorum; hoc est in omnes insulas uel fines mundi. in omnem terram
exiit sonus eorum et in fines orbis terre uerba eorum; Apostolorum scilicet
atque euangeliorum. In sole posuit tabernaculum suum in eo ro tabat et
in sole posuit tabernaculum suum in eis id est in celis; Et in sole posuit taber
naculum suum et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo; In sole
in uero sancte marie uirginis; Maria interpretatur stella maris lum
sol magis luce quam stelle; Solus iustitiae dns. utatur ppheta., Qui et
uobis sol iustitiae quod est xps. Inluminauit solis iustitiae stellae. stella
id est. maria aut esse et sicut sol; Ideo posuit tabernaculum suum In sole.
qua ratione cum ipse adsumpsit de uero suo: et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo
suo; sponsus uerbum patris. sponsa caro humana., quia de thalamo
processit. id est. de uero uirginis., Exultauit ut gigas ad cur
rendam uiam hic gigas per fortitudine xpi ponitur. eo quod ipse
alligauit fortem diabolum et uasa eius quod nos fuimus diripuit;
Adcurrere ad uiam quia non habuit hic mores quomodo hic natus uenit in pas
sione resurrexit et ascendit; A summo celo egressio eius et occursus eius
usque ad summum eius; A summo celo id est a patre quod est principale
nomen non id eo quod maior sit filio sed p nomine patris. Id est a quo et eter
nitate egressus eius usque ad summum eius in quo equalitate aeternitatis.
quia ascendit ad celos sed ut adde terram patris. ubi antea et semper fuit
cum ipso; et non est. qui abscondit a calore eius., Nullus quippe est.
qui non habeat semina intellectus dei nec est qui se abscondit a calore eius.,
Nullus est. qui de calore suo non habeat aliquid quod ei non dedisset ex
multis. gratiarum actiones, sicut dixit paulus. Alius datur sermo
sapientiae. alii sermo scientiae; lex dni in rep hensibilis lex ipse est xps
quia non uenit legem soluere sed adimplere in rep hensibilis quia
non habuit peccatum; Lex dni immaculata conuertens animas.